

216
lib. i. cap. xvii. protulimus: ubi Perfarum annum aequalibem, & Egyptiaci similem esse dicit, tricenaria mensibus, & epagomenis quinque constantem. Scriptis autem Ifaacus annis multis post conditum Neuruz Sultanicum. quod argumento est, Tropicum illum populari uero minime receptum fuisse, & Ignatius Patriarcha Antiochenus, cuius epistola ad Iosephianum pag. 256 Scaliger citat lib. ii. Isag. Can. praesenti utitur tempore, cum dicit: *Sicut annos Perfarum esse Solares aquabiles, hoc est non exactos; cum sint diierum ccclxv. Similiter eorum menses est triginta diierum, cum apparet quinque diierum fuiturum.* Sed in illo Ifaac loco quadam sunt ab Christmanno interpretata perperam: que cum illum locum exscriberemus, una cum eius versione imprudentes admisimus. Postquam enim docuit eam esse Persici annationem, ut quadriennio quoque diem unum antevereretur in Romano Kalendario, subiicit: *Ἐν δοῖς ἐπειδὴν οὐλαρένη Περσῶν ἡ τῇ.* hoc est, integris annis 1460. solidi anno Persico. Sic enim reddenda illa fuit, quia male a Christmanno sunt accepta. Nimirum ut quantoque anno Neomenia primi mensis unum diem anticipat, sic post annos 1460. dies 365, qui est annus Persicus. Corrigatur itaque Christmanni interpretatio illa, que in noctrum librum cum error ipso recepta est. Haec argumenta sunt, annum Sultanicum nequaquam civilem esse factum, neque ad contractum adhibitum; ut existimat Scaliger. Qui quidem verba illa Chrysococci non est affectus: *ἴδιαν τὸν αὐτούς θάνατον εἰς τὸν ἀρχὸν αὐτὸν τὸν δέκατον τὸν τρίτον.* hoc est, nullus alius quam 1453. id sufficit. Perperam ergo Crusius historia Politica locum illum ad annum 1452. transluit. Quia & Mercatoris opinio fuit. Quibus causentia placet, confare putant intra dies Pentecostes captam fuisse. Atque anno 1452. cyclo Luna ix. Solis v. littera BA, Pascha incidit April ix. Pentecoste Maii xxviii. Postridie ergo feria 11. expugnata fuerit. De anno consentit Sabellius lib. vi. Enneadis x. quem cumdem, ex quo Byzantini ceptum est imperati, numerat 1451. diem quoque iv. Kalend. Maias notat: sed errore manifistat, pro Junias. Annales Turcici etiannum Hegira non exprimunt; tamen cum inter annum decevi. & DCCCLII. Constantinopolos dominum ponunt, satisdicant anno Hegira DCCCLII. urbem esse captam. Sed addunt, die vigesimo mensis Rebulule. Is est Rabie prior. Anno Christi MCCCCIII. initus annus Hegira DCCCLII. Muhamarram copit Januarii xii. feria vi. Rabie prior Martii xii. feria ii. At Giomadi prior initus Maii x. feria v. Unde Giomadi xx. id est Maii xxix. feria iii. urbem invaserat Turca. Castigandigitur Annales, tum vero Scaliger ipse qui annum Hegira decevi. illis in Annalibus significari putat; & anno ipse Christi MCCCCIII. dominum assignat.

Ad summam capta videtur Constantinopolis anno Christi MCCCCIII. Maii xxix. feria iii. que Trinitatis Dominicana secuta est. In quo Abramini Batichay Hungaricum Chronicon emendandum est, ubi legitur anno Christi MCCCCIII. captam esse feria tercia post Corporis Christi. Leg. antefactum Corporis Christi. Accedit hoc anno 1124. ex quo dedicata primum est a Constantino. Idatus enim in Faltis, Cos. Gallicano & Symmacho, aera CCCXLVIII. dedicata ait esse Constantinopolis v. Idus Maias. Hic est annus Christi ccccxx. Alexandrinum Chronicon iisdem Cos. illud idem esse factum refert. Vide qua cap. xii. hujus libri disputata sunt. Hinc falli confitat Sabellium, qui anno, ex quo Byzantini ceptum imperari, supra millesimum, ac centesimum primo & nonagesimo Constantinopolis esse captam afferit.

CAPUT LXI.

De anno, quo Constantinopolis a Turcis expugnata est.

Quid antiquis in rebus fiet, cum florentissima quondam, retumque dominica civitatis tam recentis calamitatis annus propemodum ignoretur? Tota in annis duobus controversia posita est. Aut enim Christi anno MCCCCIII. aut MCCCCIII. captam esse convenienter. Mili dubium non est, quia id posteriore contingit. Hoc imprimis testatur Historia politica Conflantiana, politana a Martino Cruso edita. *Καὶ τὸν γένετον τὸν τρίτον, τὸν τρίτην, μισθοῦ τοῦ, τὸν τρίτην, μισθοῦ τοῦ, τοῦ.* Hoc modo capta est praeclarissima hanc urbis anno 6961. mensis Maii, feria tercia mani. Annus

Quedamque igitur in quinto de Emendatione Temporum libro, tum in tertio Isagogicorum Canonum de insignibus historiarum intervalis disputans Scaliger ex ingenio suo aliorum ad sententiam adjunxit, si unum alterumve caput exceptis ea partim falsa, vel minime probabilita, partim sibi invicem contraria sunt. quod erat demonstrandum.

DIONYSII

DIONYSII PETAVII E SOCIETATE JESU, DE DOCTRINA TEMPORUM LIBER DUODECIMUS.

PROBLEMA LIBRI XII. DE DOCTRINA TEMPORUM.

Quae in sexto de Emendatione Temporum Libro de Natali Domini, deque Paschatibus quinque, ac de die Passionis: tum de Danielis hebdomadibus, historia Esther, Francorum primis regibus, que sunt totius ferè libri capita, traduntur, in iis quicquid novi excogitatum est a Scali-
gero, falso omne est, & absurdum.

DE ANNO NATALIS AC PASSIONIS
Christi, & aliis quibusdam questionibus.

PROOPEPIA.

QUAM sit abstrusarum reconditarum que rerum in hominibus ignoranti operae & industrie laude, quam fructu, ac pretio jactaverint. Eiusmodi hac est, ad quam nos instituti series operis perduxit, de Christi ortu, & Passione disputatio, que duobus abhinc fere seculis vehementius agitari coepit, hoc praeterea posteriori, ita doctos homines, ac temporum peritos exercuit, ut non singulorum capitum, sed librorum unicum hoc sibi argumentum praefererent. Paulus certe patria Middleburgensis, Episcopus Foroemproniensis in utramque questionem Commentariorum ingentes Tomos duos infumpit. Cuius accessi studio complures alii iisdem de rebus copiosissime disputatione, de Passione ipsa vero potissimum; de qua & ante Paulum, Petrus Burgensis, Abulensis, ceterique non pauci, quos longum est persequei, amplissimas dissertationes ediderunt. Nos in eadem explicanda controversia eo majore utemur compendio, quo illius haec tenus fundamenta, ac principia constitutum; cum quibus ex capitibus ita potissimum quae proficitur, ea singillatim ac per partes superioribus sunt in libris tradita. Etenim qui natalem annum Christi, vel Passionem Chronologicis notis circumserunt, per Olympias, Urbis annos, Julianos itidem, Augufteos, Aetiacos, nec non Herodis, ac Tiberii Imperatoris annos, & ejus generis alia tempora rem deducunt. Quorum omnium

DE DOCTRINA TEMPORUM,

omnium tractatio, ut in unum locum seposita immensam molem disputationis efficit; ita scorsim, uti iam fecimus, & propriis locis enucleata, breviores ac tolerabiles praeceps questioni modum relinquit.

Cum igitur celebres illi omnes temporum cardines quanta potius industria perveffigati, & illustrati fuerint, superef ut illius modo diligentia fructum, ac methodorum omnium ultum in nobilissima, & obscurissima, ac Dionysianos adjungemus. Ita facile omnes intelligent, cum varie opinione expedientur, ad quos annos singulare Christi nativitatem, ac passionem applicent.

LATERCULUM ANNORUM
aliquot ad usque Tiberii mortem.

Anni ab Urbe condita.	Anni Juliani.	C O N S U L E S.	Olympiades.	Annus Aëtatis à Januario.
746	XXXVIII	C. Marius Censorinus. C. Asinius Gallus.	CXCI I	XXII
747	XXXIX	Ti. Claudius Nero II. Cn. Calpurnius Piso II.	II	XXIII
748	XL	D. Lælius Balbus. C. Antistius Vetus.	III	XXIV
749	XLI	Augustus XI. L. Cornelius Sulla.	IV	XXV
750	XLI	C. Calvius Sabinus. L. Pafienius Rufus.	CXCIV I	XXVI
751	XLII	L. Corn. Lentulus. M. Valerius Messalinus.	II	XXVII
752	XLIV	Imp. Cæsar August. XIII. M. Plautius Silvanus.	III	XXVIII
753	XLV	Cosfus Corn. Lentulus. L. Calpurnius Piso.	IV	XXIX
754	XLVI	Imp. Cæsar Augustus XIV. L. Æmilius Paulus.	CXCV I	XXX
755	XLVII	P. Vinicius Nepos. P. Alfinius Varus.	II	XXXI
756	XLVIII	L. Ælius Lamia. M. Servilius Geminus.	III	XXXII
757	XLIX	Sex. Ælius Catus. C. Sentius Saturninus.	IV	XXXIII
758	L	L. Valerius Messala. Cn. Cornelius Cinna.	CXCVI I	XXXIV
759	LI	M. Aemilius Lepidus. L. Arruntius Nepos.	II	XXXV
760	LII	A. Licinius Nerva. Q. Cacilius Metellus.	III	XXXVI
761	LIII	M. Furius Camillus. Sex. Nonius Quintilianus.	IV	XXXVII
762	LIV	C. Poppeus Sabinus. Q. Sulpitius Camerinus.	CXCVII I	XXXVIII
763	LV	P. Cornelius Dolabella. C. Junius Silanus.	II	XXXIX
764	LVI	M. Aemilius Lepidus. T. Statilius Taurus.	III	XL
765	LVII	Tib. Germanicus Cæsar. C. Fonteius Capito.	IV	XLI
766	LVIII	C. Silius Nepos. L. Munatius Plancus.	CXCVIII I	XLII
767	LIX	Sex. Pompeius Nepos. Sex. Apuleius Nepos.	II	XLIII
768	LX	Drusus Tiberii F. C. Norbanus Flaccus.	III	XLIV
769	LXI	T. Statilius Taurus. L. Scribonius Libo.	IV	XLV

LATERCULUM ANNORUM
aliquot ad usque Tiberii mortem.

Anni ab Urbe condita.	Anni Juliani.	C O N S U L E S.	Olympiades.	Annus Aëtatis à Januario.
770	LXII	C. Cælius Rufus. L. Pomponius Flaccus.	CXCIX I	XLVI
771	LXIII	Tib. Augustus III. Germanicus Cæsar II.	II	XLVII
772	LXIV	M. Junius Silanus. L. Norbanus Flaccus.	III	XLVIII
773	LXV	M. Valerius Messala. M. Aurelius Cotta.	IV	XLIX
774	LXVI	Tib. Augustus IV. Drusus Tiberii F. II.	CC I	L
775	LXVII	C. Sulpitius Galba. D. Haterius Agrippa.	II	LI
776	LXVIII	C. Asinius Pollio. C. Antistius Vetus.	III	LII
777	LXIX	Ser. Cornelius Cethagus. L. Vifellius Varro.	IV	LIII
778	LXX	Cosfus Cornelius Lentulus. M. Asinius Agrippa.	CC I	LIV
779	LXXI	Cn. Cornelius Getulicus. C. Catvius Sabinus.	II	LV
780	LXXII	M. Licinius Crassus. L. Calpurnius Piso.	III	LVI
781	LXXIII	Ap. Julius Silanus. P. Silius Nerva.	IV	LVII
782	LXXIV	C. Rubellius Geminus. C. Fufius Geminus.	CCII I	LVIII
783	LXXV	L. Caſſius Longinus. M. Vinicius Quartinus.	II	LIX
784	LXXVI	Tiberius Ang. v. L. Ælius Sejanus.	III	LX
785	LXXVII	Cn. Domitius Ahenobar. A. Vitellius Nepos.	IV	LXI
786	LXXVIII	Ser. Sulpitius Galba. L. Cornelius Sylla.	CCIII I	LXII
787	LXXIX	Paulus Fabius Persicus. L. Vitellius Nepos.	II	LXIII
788	LXXX	C. Cæſtius Camerinus. M. Servilius Rufus.	III	LXIV
789	LXXXI	Q. Plautius Lælianus. Sex. Papinius Gallienus.	IV	LXV
790	LXXXII	Cn. Aceronius Proculus. C. Pontius Nigrinus.	CCIV I	LXVI

Hactenus laterculum annorum, & Consulatum, intra quos Natalis Christi, ac vita ejus omnis, & Pafio coeretur; ut neque natus ante annos illos, neque post eosdem pafius videri posſit. Annorum vero omnis nostra superfrena disputatio eft; in qua illud incondita Urbis, Julianorum, Olympiadicorum, ac ceterorum, cum adscriptis Consulibus, atque inter fe connexio, superioribus libris adeo firmiter adſtructa eft, ut de ea nemini dubitare liceat. Huic igitur solo, cuius à nobis eft explorata, & perfæcta soliditas, omnis nostra superfrena disputatio eft; in qua illud inquiritur, cuin anno Christi Natalis, ac Pafio debeat.

C A P U T I

*Explicantur veterum, imprimisque Bedæ, ac ceterorum
Computistarum sententiæ, de anno natali Christi.*

Quia Natalem Domini certo anno definire conati sunt, unum omnes Lucas testimoniū usurparunt, quod est cap. 111, 23. ubi de Christo ad baptismum accendeat ita scribit: *καὶ αὐτὸς λέγει ὅτι τριάντα ετῶν ἐποίησεν, τὸν οὐρανὸν ἡγεῖται*; &c. Et ipse Jesus erat quasi annorum triginta incipiens; filius, ut putabatur, Joseph filii Heli. Et quoniam filius dubitabundus Lucas atatis annum illum posuit; neque absolute triginta tum annos habuissit, sed quasi triginta scriptis; inde sententiarum varietas est orta: cum alii tricessimum annum expletum, & tricessimum primum initium à Christo fientiant: alii xix. absoltos, inchoato vero tricessimum magis existimant. Ita unius ferè dumtaxat anni discrimen est. Antiquissimum Patrium Justinus Apol. 11. refert ante annos centum quinquaginta, quam apologiam scriberet; natum esse Christum. Si, ut in Animad. Epiph. ostendimus, circa initium Antonini Pii Justinus ita scribat: Imperium autem inicit ille anno communī cxxxviii. decem circiter annis natum prius esse Christum consequens erit, quam vulgo habetur. Sed plerique circiter tricessimum annum à Joanne tinctum esse fientium, de qua re postea. Qui annum, quo Christus in lucem editus est, primus expedit, Clemens est Alexandrinus lib. 1. Strom. *Ἐγένετο δὲ ἡ Κυριακὴ ἡμέρα τῇ ἑρμηνίᾳ, τῇ εἰρησθεῖ τῇ.* *Natus est Dominus noster ὥταν καὶ ἡ νίκησθαι.* Annō vicesimo anno. Etsi non explicat que de anno loquatur, tamē certum est, *Ægyptiorum more, aram Aſiacam intellexisse ab eo tempore deducatam, quo Ægyptii Antonio, & Cleopatra mortui in Augusti potestatem redacti sunt.* Caput est ab Auguſti vicesimo nono die anni Urbis conditae Dccxxiv. Juliani xvi. à quo si xxviii. annos numeres, ultimus coperit anno Urbis Dcll. Juliano xliii. Quare si, ut Ægypti crediderunt, Christum vi. Januarii natum exsistimat Clemens, Natalem illius conciebat in annum Julianum xlii. Augusto xiii. & Plautio Silvano Coss. qui est ipsissima Epiphani sententia. Nam aut Coss. Lentulo & Metellino, id est anno Urbis Dcll. Juliano xi. aut sequenti, Urbis Dcccll. Juliano xliv. natus perhibetur. Unus Sulpici lib. 11. Historia anno Urbis Dcll. Juliano xlii. Natalem assignat, Coss. Sabino, & Ruffino, anno primo Olympiadis ccxv. Qui infra annos itos Christum natum putaret, veterum reperio neminem. Primus Dionyſius cognomino Exiguus longe à communibz itice terminis recensisse creditur, & incarnatum, natumque Dominum statuisse anno illo, qui est Julianus xvi. Urbis Dcccll. Olympiadis ccxc. primus, Augusto xiv. & L. Emilio Paullo Coss. Quam sententiam Beda, ceteraque deinde Computi Scriptores ad centesimum abhinc annum amplexus sunt: adeo ut si communem aram à Kalend. Jan. proxime post Natalem itum sequentibus ordiri libeat; praefens hunc annus, quo ita scribimus, qui est aera MDXXIV. ex Computistarum sententia nominis MCXXI. fit habendum. Hanc Dionyſii mentem fuisse ex ipsis verbis ita Beda, ceterique colligunt.

Dionyſius Epistola 11. ad Petronium scribit se in circulis suis ab *Incarnatione Domini nostri Iesu Christi* antea tempora prænotare; neque, ut S. Cyrillus instauerat, *memoriam impii, & persecutoris invenire.* Etemus Cyrilus cyclus suum annorum xc. ab anno Dioctletiani clii. cooperat, & ultimum in ccxvi. terminarunt. Dionyſius autem à ccxviii. Dioctletiani cyclos suis auspiciatus est. Qui quidem Circuli apud Bedam Tom. 1. descripti leguntur, per Ennacadeacentidas distribuit; adscriptaque sunt annis ab Incarnatione Domini, in quibus primus annus, quo incarnatione, & natus est Christus, Indictione iv. notatur, & Epactis xi. concurrentibus v. cyclo lunari xvi. i. quo & decima quarta Paschalis contigit viii. Kalend. Apr. Pascha ipsum v. Kalend. Apr. Luna xvi. Totum unum conjecti characteres annum illum designant, qui est primus æra communis, cycli decennovennialis, & Pa-

Hæres.
XLVI.

Pionyfi
Exigji
verba.

Natalem Christi à Computis paulo vetustioribus statutum auctoritatem putant: vel, quod idem est, natum ex illorum opinione Christum arbitrantur cyclo Luna x. Indit. iii. à Januario, vel i. à Septembri. Uno enim anno natalem Christi tardius illi posuerunt. Ita vulgaris aera Christi, qua nos umitur, est illa quidem Bedæ, ceterisque cognita, si epocham anni Juliani, aut Urbis conditæ, aut Olympiadis, & id genus alia species. fin ad Christi natalem referas, computus nostrarum ille annorum computum uno anno præcedit. quem enim nos à Nativitate numeramus annum, hunc illi ab Incarnatione putant. Ideo maiores nostri principium anni à verno tempore, quo Christus incarnatus est, repetere consueverunt, postea ab Natali deducunt est, & ab viii. Kal. Jan. ad quod initium aesequuntur cum mensis eximendi forent de epocha præicta Incarnationis Dominicae, ternis post mensibus anticipante fuit. Itaque dies illæ xxv. Decembri, qui Incarnationis annum primum, atque adeo primum Christi annum antecedit, Natali Christi præstitutus est; ut deinceps natus diceretur anno illo deficiente, qui Christianam æram proxime præcedit, cyclo Luna i. Hoc verò notariorium errori Paulus Foroempiensius adscrivit Parte i. lib. iv. Quamquam Beda ipsi, ne Dionysium nominem, alisque Bedam fecutis tribuendum videtur; qui imprudentes utrumque in opinione sua posuerunt. Nam & Christum incarnatum, atque in lucem editum esse putarunt anno primo æra Christianæ, cyclo Luna ii. & nihilominus cum de aetate Christi, ac Passionis loquuntur, indicant, anno illo, qui aram antecedit, natum se eudem arbitrari. Aſſerunt enim Christum, quando passus est, æra communis anno tricentimo quarto, triginta tres annos solidos cum mensibus tribus expleſe. Ita Beda libro de Temp. rat. cap. l. Qua ratione natalis Christi conseruentur est Communis est, ut superiori capite declaravimus, Computistarum veterum opinio; Dionysium cyclum annorum DXXXI. sic instituisse, ut primus illius annus esset isti, qui eram vulgare proxime præcessit, & aureo numero i. prædictus est. Dionysium verò censem anno ipso vulgaris æra primo Incarnatione Christi, Natalemque tribuiffe, ita ut aureo numero ii. labente, Martiō menſe Christus incarnatus sit, & Decembri in lucem exiret. Hoc ut ceteris haec tenus omnibus; ita mihi quoque Beda perufacerat, cuius & in capite xlv. libri de ratione Temp. & in Circulis Dionysianis; & alibi paſſim aperta fuit ea de re testimonia; nemo ut alter, qui Dionysium ipsum non legiferet, suspicari posset. Sed postquam Dionysii ambas epiftolas, quo nondum editæ sunt, & membranis veteribus exscriptas curiosus relegi, paulatim eo sum deductus, ut epocham Dionysianam aliter ac Beda, ceterique scribunt, ab autore suo constitutam putarem. Ea denique conjectura nostra summa est: Dionysium Exiguum Incarnationem, ac Natali Domini codem anno statuisse, quo vulgo hodieque ponitur: eo scilicet, qui Christianam æram proxime præcedit: tum ab eodem Incarnationis annos numerare ceperis. si ut uno minus anno numeremus hodie, quam Dionysius instituerat: quamvis in Incarnatione ipsa, & Natali nihil ab eo discrepemus. Postremo cycli Dionysiani principium uno idem anno vulgare initium antecedere, atque in numerum aureum xix. congruere. Uno verbo; cyclum Dionysianum aio, si retro numeretur, incipere ab anno Periodi Julianæ 4712. aram autem ab anno 4713. Hoc uti novum est, nec ab ullo, quod equidem meminerim, haec tenus obſervatum, ita demum perſuadebitur, si ex ipſis Dionysii verbis, & ab eo traditis principiis effici potuerit. Ea vero sunt ejusmodi.

Cyclum Dionysius institutum annorum xv. quem Cy-
rilliano labanti, definitiviter velut succidaneum pertin-
dit, lib. ii. cap. lxvi. demonstravimus. Is ex quin-
que Enneadecaterribus constabat. Enneadecaterribes
singulis duebat annum ille, in quo Neomenia Paschalis
inedit, in Aprilis iv. decima quarta verò in xvii. Sec-
undus erat annum, in quo vix Paschalis erat Aprilis vi.
uti lib. vi. cap. x. declaratum est; ubi & Dionysiani cy-
clii descriptionem habes ex ejus Epistola defumptam.
Ceterum ex ejusdem doctrina capitisi liquet Dionysium
annos cycli sui non à Kal. Jan. nec à Neomenia Paschali;
sed à xv. Paschalis mensis inchoante, ita ut initium anni cu-
juslibet effet decima quinta Paschalis; finis, decima quar-
ta in anno consequenti. Atque hac ratione duobus aste-
reis numeris idem respondebat annum. Exemplum: an-
no Christi xxxxi. cyclus five aureus numerus erat xix.
Neomenia Paschalis Aprilis iv. decima quarta,
mensis ejusdem xvii. Eadem fictione quadam Computisti-
ca, propter Luna saltum, decima quinta numeratur,
secundum ea, quæ lib. vii. cap. viii. differimus. Ab
hac igitur die xvii. Aprilis annum primum cycli decem-
tum, &c. Diony-
sius cy-
clus.

C A P U T I I.

De æra Dionysiana, ejusque super Incarnationem, & Natali Christi sententia. Ostendatur diversam esse ab ea, quam illi Beda, ceterique hactenus impatarunt: & novam quadam ac vera illius ratio traditur. Hodiernam etiam à Dionysio discrepantem.

Duo sunt quia Dionysio Exiguo passim accepta referuntur, & ab eo nominari solent: alterum annorum Christi computus: alterum cyclus annorum xxxii. Nam & illa Dionysiana vocatur æra; & ite Dionysianus cyclus. Quæ cim ambo diffinīta sint: tamen ab imperitis, aut aliquo minus attentis, plerumque confundi non circa periculum erroris videmus. Sed omnino separanda sunt. Nam æra ipsa per se nilli est affixa cyculo; neque vicissim ab ea cyclus dependet. Cyclus annorum xxxii. conditor aliquid ante Dionysium annis fuit Victorius Aquitanus: ut lib. II. cap. lxviii. dominus. Is ab anno Dominicæ Patlioni illum orfis est. Dionysius postmodum ab Incarnatione. Sed ita tamen, ut anno eorum cyclus aram antecedat. Nam primus annus era Dionysiana fecundus est cyclo. Ac de cyclo Dionysiano paulo nō agimus. Nunc de arā difinītemus.

Denique Circulorum fuorum initium istud hisce
verbis Dionysius expressit: nimur ab anno **cxxviiii.**
Diocletiani, cum Cyrillus a. c. ad **cxxvi.** suos per-
luxisset. Annus primus Diocletiani, ut lib. xi. demon-
stratum est, ceperit apud Egyptios a Neomenio Thoth,
ive Augusti **xxix.** anni Christi **cclxxxv.** Ergo annus
cl. init. a Thoth anni **are Christiana** **cdxxxvi.**

aureo numero currente xix. & majorem partem obtinuit anni cxxixvii. aureique numeri i. Proinde cxxvii. annus Diocletiani caput Augusti xxix. anni vulgaris xxx. & cxxviii. eodem die in anno Christi xxxi. ita ut maximam partem sequentis occuparet.

Dionysium nam erat ostendimus. Primus annus cycli, sive Enneneconsum ibi tapetaceteris Dionysii incipit a xiv. Paschali, cuius usi hodie positus est. Neomenia aureo numero xix adscribitur. Aprilis iv. definit autem in decimano quartam Paschalem; cuius contumus. Neomenia numerus aureum habet i. Martii xxxi. Atqui annus Christi vulgaris xxxi. aureo numero xix. notatus est; in quo xiv. Paschalis cadit in Aprilis xvii. Neomenia vero in iv. diem. Hinc igitur primus Dionysiani cycli annus inchoatur. cui cum annus Incarnationis dxxxii. adscriptus fuerit, auctore Beda; si retro cylos Dionysii retexendo numeres ad quingentesimum & tricesimum secundum usque, primus incipiet biegnio ante vulgarem epocham Christi: nimur ab anno Juliani xliv. Periodi Julianae 4712. aureo numero xix. Unde consequtemur Incarnationem Dominicam in annum sequentem convenire, Julianum xv. Periodi Julianae 4713. qui est ille ipse, quo vulgo Incarnatum & in lucem editum Christum ponimus. Ab eo vero Dionysius aram suam exorbus est. Si quidem, ut ait Beda cap. xiv. de ratione temporum, ab anno secundo cycli decennovennialis annos Domini putare coepit: adeo ut ad methodum cycli decennovennialis ad annos Domini unum adjici jubetur. Uno verbo, prima dies anni primi cycli Dionysiani incipit anno vulgari Christi dxxxi. Aprilis xvii. aureo numero xix. sique quingentesimus tricesimus secundus Incarnationis, sive Domini numeratur annus. Ergo era Domini, sive Incarnationis, ex mente Dionysii, incipit uno anno ante primum annum Christi vulgarem: cyclus vero decennovennialis biennio. Quamobrem uno anno citius aram Incarnationis putavat Dionysius, quam hodie fit: tametsi eodem anno Incarnationem, & Nativitatem Domini collocari. Sed illi nimur annum ipsum, quo incarnatus est, primum Domini esse justerat: non sequentem a Kalendas Januarii quae natalem illius consecuta sunt.

Huius porro varietatis, ac discrepantiae causam hanc interpres fuisse. Cum enim annum quingentesimum tricesimum secundum primo anno cycli sui praefixisset, & ab anno cxxviii. Diocletiani februario eius scriptis, ejusque Pascha primum statuerat: quandoquidem postremum Cyrilli Pascha anno cxxviii. Diocletiani congruebat: ex eo Beda collegit annum primum cycli Dionysiani incipere ab eo anno, quo Diocletiani, era communis dxxxi. perduxerat. Huius de Dionysius alterum cyclum annorum totidem substituisse scribit. Mira res, si hoc cyclo genere contentus potuit esse Dionysius; cuius vita non agnoscit modum, sed etiam castigavit. Hoc si fecit, quid aliud suscipi possumus, quam ad vitandum Latitudinem ac Victorii metodium, ab hujus commodiore aliquo cylo absinere maluisse, & Alexandrinorum, id est orthodoxum Pascha praescribersum, quamlibet deteriora inventa prætulisse? Anonymous quidam in Praefatione, quam ad Beda Circulos scripsit, refert Dionysium ad Cyrilli cylcum duos alios ejusdem generis addidisse cylos, qui sunt anni cxc. & ab anno cccxi. usque propagasse. Dionysius vero Epistola i. unum se tantummodo cylcum annorum xcvi. post ultimum annum S. Cyrilli subjecisse confirmat. At Beda complures alios circulos adjectit ad annum Christi mdxc.

Cylcus porro Cyrilli nomine apud fanum Isidorum libro vi. Orig. descriptus legitur. Iun ex eodem Tomo i. Enneadæcateridas duas Dionysianas cylcis Beda sub-^{pag. 32} texuit. Sed utrobique menda sunt plurima: dum imperiti homines que non intelligunt pro suo captu insciatiæ castigant. Apud Isidorum primus annus bissextilis ponitur: Pascha Luna xx. Pridie Eid. Aprilis Secundus annuvi. Kalend. Aprilis. Luna xvi. exhibet Pascha. Tertius xvi. Kalend. Maii, Luna xvii. Quartus Luna xx. vi. Eid. Aprilis. Igitur primo anno littera Dominicalis fuit E. D. Neomenia Paschali Martii xxv. ubi nullus est aureus numerus. Fuit ergo Luna xxi. ut est apud Bedam. Anno secundo littera B. Neomenia xii. Martii, aureo numero ii. Anno tertio littera A. Neomenia Martii xxxi. aureo numero iii. Quartus annus litteram postulat G. Neomenia

Que cum ita sint, aram hodiernam non à Dionysio, sed à Beda propagatam esse suspicor, quam pro Diony-

siana tamen ex hallucinatione posteris venditavit. Bedam ceteri Computisti de more secuti sunt, neque Dionysii verba diligentius expenderunt. Interim tamen admirabiliter factum est, ut adversus magistrorum autoritatem, vulgus ipsum incarnationem, natalēmque Christi in pristino, & à Dionysio tradito anno retinet; tametsi ipsius æra principium extorqueri sibi paſſum fuerit. Utrum vero istud ipsum, ut natalem Christi ante Kalendas Januarii anni primi vulgaris era flaueret, per errorum & imprudentiam obtinuerit, ut plerique omnes sentiunt, qui Dionysianam aram à vulgaris non discernunt; an perpetuo in vulgi conscientia fusel à Dionysio natalis annus infederet: id ut ambigi meritò poteat; ita follicitis inquiri non oportet, dummodo de re ipsa confert. Ad hanc novam observationem duplicitas aræ Christianæ, seu vulgaris præter mentem Dionysii constitutæ, si tamen eruditio ceteri probabimur; castiganda sunt omnia illa, que de Dionysiana epocha, cycloque sparsim his in libris tradita sunt, quibus quidem ita significatur, Dionysium in anno primo cycli sui statuendo minime contantem fuisse: vel cylcum aramque Christi hodierni, ac recepto more condidisse, quod cum nobis Beda, & mortales haecenus persuaderent omnes; id non auctoritate, disputationeque nostra; sed ipsius Dionysii voce ac testimoniō perfectum iri deinceps confidimus; ut homines eruditæ aliter de hac re tota, & Dionysii decretis, institutisque sentiant.

CAPUT III.

De cylo Dionysii. in quo iidem, ut in era hæc tenus afferatur est. Ostenditur Dionysianum cylcum nonnulli xcvi. annorum fuisse. De falso Cyrilli cylo, cuius Beda, & Isidorus meminerunt: cuius certum tempus eruitur.

Illi superflue explicandum, ecquod Dionysius cycli genus instituerit: hoc est num cylcum illum majorum annorum dxxxii. non excogitarit quidem. (quoniam enim nescit à Victori tanto ante Dionysium fuisse reperatum?) sed adsciverit tamen, ac reformarit. Usus enim illiusmodi cylo fuisse, Computisti omnes arbitrantur, neque alter vulgo judicant. Dionysius tamen ipse nullam in Epistolis suis ejus cycli significationem dedit. Sed alterius dumtaxat, qui ad modum Cyrilliani quinque & nonaginta annis evolvitur. Cyrillus enim cylcum illum xcvi. annorum ab anno Diocletiani cl. iiii. qui est era vulgari cxxviii. ad cxxvii. Diocletiani, era communis dxxxi. perduxit. Huius de Dionysius alterum cylcum annorum totidem substituisse scribit. Mira res, si hoc cyclo genere contentus potuit esse Dionysius; cuius vita non agnoscit modum, sed etiam castigavit. Hoc si fecit, quid aliud suscipi possumus, quam ad vitandum Latitudinem ac Victorii metodium, ab hujus commodiore aliquo cylo absinere maluisse, & Alexandrinorum, id est orthodoxum Pascha praescribersum, quamlibet deteriora inventa prætulisse? Anonymous quidam in Praefatione, quam ad Beda Circulos scripsit, refert Dionysium ad Cyrilli cylcum duos alios ejusdem generis addidisse cylos, qui sunt anni cxc. & ab anno cccxi. usque propagasse. Dionysius vero Epistola i. unum se tantummodo cylcum annorum xcvi. post ultimum annum S. Cyrilli subjecisse confirmat. At Beda complures alios circulos adjectit ad annum Christi mdxc.

Cylcus porro Cyrilli nomine apud fanum Isidorum libro vi. Orig. descriptus legitur. Iun ex eodem Tomo i. Enneadæcateridas duas Dionysianas cylcis Beda sub-^{pag. 32} texuit. Sed utrobique menda sunt plurima: dum imperiti homines que non intelligunt pro suo captu insciatiæ castigant. Apud Isidorum primus annus bissextilis ponitur: Pascha Luna xx. Pridie Eid. Aprilis Secundus annuvi. Kalend. Aprilis. Luna xvi. exhibet Pascha. Tertius xvi. Kalend. Maii, Luna xvii. Quartus Luna xx. vi. Eid. Aprilis. Igitur primo anno littera Dominicalis fuit E. D. Neomenia Paschali Martii xxv. ubi nullus est aureus numerus. Fuit ergo Luna xxi. ut est apud Bedam. Anno secundo littera B. Neomenia xii. Martii, aureo numero ii. Anno tertio littera A. Neomenia Martii xxxi. aureo numero iii. Quartus annus litteram postulat G. Neomenia

Neomenia Martii xx. aureo numero iv. Apud Bedam secundus annus bissextilis est; primus vero communis. Hic littera prædictus est D. Secundus litteris C.B. Tertius A. Quartus G. Apparet Isidori diagramma depravatum est, & bissextilum ad annum secundum oportere scribi, non ad primum. Anno cdxviii. quo cylcum sumum Cyrillus orsus est, numerus aureus fuit i. anno sequente ii. cylcus vero Solis anno priore fuit xxvi. littera C. posteriori xxvii. littera B. Quartus ergo canummodum bissextilis fuit. Litterarum Dominicalium series in utroque Laterculo exigere videtur, ut anno prius superiori planum fecimus; cylco Luna xix. Solis viii. Cui similis est annus Julianus xii. Periodi Julianae 4712.

